

A. Persii Flacci

SATIRA PRIMA

O curas hominum! o quatum est in rebus inane!
Quis leget hæc?

--Min' tu istud ais?

—Nemo hercule.

—Nemo.

Vel duo, vel nemo, Turpe et miserabile.

—Quare?

Ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem
Prætulerint? nugæ. Non si quid turbida Roma
Elevet, accedas: examenve improbum in ista
Castiges trutina: nec te quæsiveris extra.
Nam Romæ quis non...?

—Ah! si fas dicere...?

—Sed fas,

Tunc quum ad canitiem et nostrum istud vivere triste
Adspexi, et nucibus facimus quæcumque retictis,
Quum sapimus patruos; tunc..., tunc... ignoscite

10

—Nolo.

—Quid faciam?... sed sum petulanti splene cachinno.

—Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber...

—Grande aliquid, quod pulmo animæ prætergus anhelet.

Scilicet hæc populo, pexusque, togaque recenti,

15

Et natalitia tandem cum sardonyche albus.

Sede leges celsa, liquido quum plasmate guttur

Mobile collueris, patranti fractus ocello...

Hic neque more probo videas, neque voce serena

20

Ingentes trepidare Titos, quum carmina lumbum

Intrant, et tremulo scalpuntur ubi intima versu.

Tun, vetule auriculis alienis colligis escas?

Auriculis, quibus et dicas, cute perditus, ohe!

—Quo didicisse, nisi hoc fermentum, et quæ semel intus

Innata est, rupto jecore, exierit caprificus?

25

—En pallor seniumque! o mores! usque adeone
 Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
 —At pulchrum est digito monstrari, et dici: hic est.
 Tun' cirratorum centum dictata fuisse
 Pro nihilo pendas?...

—Ecce inter pocula quarunt 30
 Romulidæ sature, quid dia poemata narrent,
 Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina lana est.

Rancidulum quiddam balba ce nare locutus,
 Philidas, Hypsipylas, vatam et plorabile si quid
 Eliquat, et tenero supplantat verba palato. 35
 Assensere viri: nunc non cinis ille poetae.

Felix! nunc levior cippus non imprimit ossa!
 Laudant convivæ: nunc non e manibus illis,
 Nunc nunc e tumulo fortunataque favilla
 Nascentur violæ!

—Rides, ait, et nimis unciis 40
 Naribus indulges. An erit, qui velle recuset
 Os populi meruisse; et, cedro digna locutus,

Linquere nec scambros metuentia carmina nec thus?
 —Quisquis es, o molo quem ex adverso dicere feci,

Non ego, quum scribo, si forte quid aptius exit,
 (Quando hæc rara avis est), si quid tamen aptius exit,
 Laudari metuam; ne enim mihi cornea fibra est.

Sed recti finemque extremumque esse recuso
 EUGE tuum, et BELLE, Nam BELLE hoc exute totum;

Quid non intus habet? non hic est Ilias Atti 50

Ebria veratro? non, si qua eligidia crudi
 Dictarunt proceres? non, quidquid denique lectis
 Scribitur in citreis? Calidum sis ponere sumen;

Sis comitem horridulum trita donare lacerna:
 Et, verum, inquis amo; veram mihi dicite de me. 55

Quí pote? Vis dicam? nugaris, quum tibi, calve,
 Pinguis aqualiculos propenso sesquipedæ exstet!

O Jane, a tergo quem nullâ ciconia pinsit,
 Nec manus aurículas imitata est mobilis altas,
 Nec linguæ, quantum sitiât canis Apula, tantum! 60
 Vos, o patricios sanguis, quos vivere fas est

- Occipiti caeco, posticæ occurrite sannæ.
 Quis populi sermo est?
 — Quis enim, nisi carmina molli
 Nunc demum numero fluere ut per læve severos
 Effundat junctura unguis? Scit tendere versum 65
 Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno;
 Sive opus in mores, in luxum, in prandia regum
 Dicere, res grandes nostro dat Musa poeta.
 Ecce modo heroas sensus afferre videmus
 Nugari solitos græce, nec ponere lacum 70
 Artifices, nec rus saturum laudare: «UBI corbes,
 Et focus, et porci, et fumosa Palilia fœno;
 Unde Remus, sulcoque terens dentalia, Quinti,
 Quum trepida ante boves dictaturam induit uxor.
 Et tua aratra domum lieto talit...» Euge, poeta. 75
 Est nunc *Brisæi* quem venosus liber Acci,
 Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiope, «ærumnis cor luctificabile fulta.»
 Hos pueris monitus patres infundere lippos
 Quum videas, quæris unde hæc sartago loquendi 80
 Venerit in linguas, unde istud dedecus, in quo
 Trossulus exultat tibi per subsellia lævis?
 Nilne pudet capiti non posse pericula cano
 Pellere, quien tepidum hoc optes audire: **DECENTER?**
 Fur es, ait *Pedio*. *Pedius* quid? crimina rasis 85
 Librat in antithetis: doctas posuisse figuras
 Laudatur: bellum hoc. Hoc bellum! an *Romule*, coves?
 Men moveat quippe, et, cantet si naufragus, asem
 Protulerim? Cantas, quum fracta te in trabe pietum
 Ex humero portes. Verum nec note paratum 90
 Plorabit, qui me volet incurvasse querela.
 — Sed numeris decor est et junctura addita crudis.
 — Claudere sic versum didicit: «*Berecynthius Attin*,
 Et qui : «*Cœrulem* dirimebat *Nerea Delphin*;»
 Sic: «*Costam* longo subduximus *Apennino*.» 95
ARMA, VIRUM, nonne hoc spumosum et cortice pingui?
 — Ut ramale vetus prægrandi subere coctum.
 Quidnam igitur tenerum, et laxa cervice legendum?

- «Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis,
Et raptum vitulo caput ablatura superbo 100
Bassaris, et lyncem Mænas flexura corymbis
Evion ingeminat: reparabilis adsonat Echo.»
Hæc fierent, si testiculi vena ulla paterni
Viveret in nobis? summa delumbe saliva
Hoc natat in labris, et in udo est *Moenas et Attin.* 105
Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues.
—Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Aurículas? vide, sis, ne majorum tibi forte
Limina frigescant: sonat hic de nare canina
Littera.
—Perme equidem sint omnia protinus alba: 110
Nil moror. Euge, omnes, omnes bene miræ eritis res.
Hoc juvat: Hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.
Pinge duos angues: pueri, sacer est locus: extra
Majite: discedo. Secuit Lucilius urbem,
Te, lupe; te, Muti; et genuinum fregit in illis: 115
Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, et admissus circum præcordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere nasso:
Men'mutare nefas, nec clam, nec cum serobe?
—Nusquam.
—Hic tamen infodiam: vidi, vidi ipse, libelle: 120
Aurículas asini Mida rex habet.» Hoc ego opertum,
Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo
Iliade. Audaci quicumque afflate Cratino,
Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles,
Adspice et hæc, si forte aliquid decoctius audis. 125
Inde vaporata lector mihi feveat aure;
Non hic, qui in crepidas Grairum ludere gestit
Sordidus, et lusco qui possit dicere, LUSCO;
Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus
Frugerit heminas Areti ædelis iniquas; 130
Nec qui abaco numeros.et secto in pulvere metas
Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
Si cynico barbam petulans nonaria vellat.
His mane edictum, post prandia Callirhoen do.